

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Practicae Novae Imperialis Saxonicae Rerum Criminalium Pars ...**

Quaestionum fere universarum in materia cuiusque generis homicidiorum,  
fractae pacis publicae, laesae Majestatis ... falsificationis monetarum,  
blasphemiarum, periurii & sortilegiorum ... decisiones absolutas ...  
exhibens

**Carpzov, Benedict**

**Witteberga, 1670**

Qvaestio XXI.

[urn:nbn:de:bsz:31-127726](#)

*hanc pœnā postulat, aggravare judici fas est. Non solum exasperare nimis, is pœnas pro arbitrio temperare ac miti- debeat?* & aggravare potest. l. & si se verior ubi gloss. & Dd. C. ex quib. caus. infam. irrog. Angel. Aretin. in tract. malefic. verb. quas si non solverit. Felin. in capit. inquisitio. col. 5. de accusat. Iason. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. Hypol. de Marsil. sing. 18. l. & in l. 1. 6. sed & si quis. col. 2. ff. ad Leg. Cornel. de fals. Vasq. contr. illustr. cap. 14. n. 4. Andr. Gail. de pac. public. lib. 2. c. 9. n. 22.

In primis autem, pœna aggravanda est in cri-

mine Veneficii, *Quando delictum hoc aliquoties reiteratum, & homines plures distincti viciibus veneno necati fuerint. Quo calu Reus veneficii, antequam Rotæ supplicio punitur, carentibus forcipibus aduri debet, perinde atq; in crimine parricidii ob reiterationem delicti Reum ferro carenti lacerandum esse, supra dictum fuit, q. 4. n. 10.*

Idque propter textum expressum in Const. Crim. Carol. art. 130. ibi: *Doch zu mehrer Furcht andern/ sollen solche boshaftigle mitthärtige Personen/ vor der endlichen Todesstrafe geschleift/ oder etliche Gröss in ihren Leib mit glüendē Zangen gegeben werden/viel oder wenig/nach Erme- figung der Person und Eßdung/ wie von Mordt deshalb gesetz ist.*

*Quod & observarunt Scabini Lipsenses, pronun- ciantes in hunc modum: Ad consultationem Prae- torum Lipsensium: Habent beyd Gefangene und erstenlichen C. M. bekant/ daß er drey Giftpulver / derer eines schwarz, das ander gelb, usf. das dritte reich von Kröten/ Schlangen und Molchen gemacht/ und dem Todesgräber in Grosszschöcher und seinem Knechte B. M. davon gegeben / welche es den Leuten hin und wieder zu Dölitz/Grosszschöcher/Solitz/Albrechtshain und althier bebracht/ und in die zwei und zwanzig*

Personen damit getödet und umgebracht / alles der Meinung/wann die Häuser aufstürben/ daß sie viel zubegraben und zustellen hetten. Daher auch mit seinem jüngsten Eheneiche/bey Leben seines ersten Weibes in die drey Jahr zugehalten/gehebrachet und sie geschwängert / und als sein erstes Weib in die Wochen kommen/ hätte er sein jüngstes Weib zu sich ins Haus genommen/ und mit ihr verlassen/ sein erstes Weib mit Gifte zu töden/ ihr auch einmal 6. Pfenn. zu Fliegenpulver geben/ welches sie ihm gebracht/ und es folgends dem ersten Weibe in Suppen und Essen eingeben/weil sie aber davon nit sterben wolle[n]/ hatte er sie in Wochenliegend mit einem Rössen ersticket/ und hernach sein jüngstes Weib zur Ehe ge- nommen.

Hat auch B. M. bekant/dass er das Giftpulver/ so ihm sein Meister C. M. gegeben/siehs Kindern im Kovennt beigebracht/davon sie alle sechs gestorben/ und daß sein Meister ihm gesagt hätte/dass es Gifft were/ ihm auch befohlen/den Leuten solches beizubringen/damit sie sterben/und sie hernach alles nehmen und sich daran auftheilen möchten/wie sie das auch auf den Sterbhäusern viel Sachen gestohlen ic. Daßt euch nun also bereit erkundigen härtet/ oder nochmals erkundigen würdet/ daß obgedachte Personen alle/ oder eins Theils gewiß und in Wahrheit umkommen/und beryde Gefangene C. M. und B. M. würden auff ihrem geschanen Beläntniß vor Gericht freiwillig verharre/ oder des sonst wie rechtherwiesen/ so möchten sie beide von wegen solcher ihrer begangenen und besanten Misshandlung C. M. mit fünf B. M. aber mit drey glüenden Zangengriessen gerissen/ und mit dem Rad vom Leben zum Tode gestrafft werden/ B. R. W. Mens. Sept. An. 1582.

*Simili modo pronunciauerunt Scabini, ad con- sultationem C. à D. quando duo Vespillones G. VV. & G. P. partim pulvere venenato, partim manibus agrotos necaverant, & decem personas occiderant, ut nempe uterq; carenti forcipte ter a carnifice prebensuu adureretur, & postea Rota supplicio è medio tolleretur. Mensa August. An. 1582.*

## Q V Æ S T I O X X I .

*Quibus in casibus pœna Veneficii ordinaria sit mi- tiganda?*

### S V M M A R I A .

1. Pluree accidere possunt casus, in quibus pœna Ve- neficii debet mitigari.
2. Imprimis quando non constat ex veneno propi- nato mortem fuisse securans.
3. Ex quibus indicie presumendum, quod ex vene- no qui sit absumpius, n. 4. 5. 6.
7. Iudicio Medicorum hac in re fides habenda est, n. 8. 9.
10. Sententia Scabinorum Lipsensium, n. 11. 12.
13. Cessat quoque pœna Veneficii, si probens vene- num non habuerit animum occidendi, nu- mero 14.
15. Quae si pœna propinantis philtrum seu poculum amatorum, n. 16. 18. 20. 21.
17. In delictis propositorum & intentio delinquentis spectanda est.
19. Explicatio l. si quis aliquid, §. qui abortionis. ff. de pœna.
22. Responsa Scabinorum Lipsensium n. 23.
24. Quomodo sit puniendus, qui bruta animalia veneno perimit, n. 26.
25. Erubescimus sine lege loqui.
27. Responsa Scabinorum Lipsensium, n. 28.
29. Pœna venenantium pastora, n. 30.
31. Responsa Scabinorum Lipsensium, n. 32.
33. Quomodo puniatur Conatus in Veneficio, n. 34.
35. 36. 37. 38. 39.
40. Intellectus l. 1. in finff. ad Leg. Pomp. de parricid. l. 1. §. 1. l. 3. in princ. ff. ad Leg. Cornel. de si- car.
41. De consuetudine generali conatus non puniuntur mortis pœna, effeblu non secuto.
42. Explicatio art. 130. Ordin. Crim. Carol.
43. Vocula (vel) in jure quandoque est coniugia- tiva.
44. Sententia Scabinorum Lipsensium, n. 45.

I a Quæ

- 1** Væ de pœna Veneficii quæstione precedenti  
dicta fuerunt ea quidem regulariter obti-  
nent, quando constat, hominem à venefico ve-  
neno fuisse necatum; At, quia non raro dubium  
de hac re incidit, vel, quod non certò con-  
stet, occisum fuisse venenatum, vel, animo occi-  
dendi venenum fuisse datum, vel, quia non ho-  
mines, sed animalia fuerint veneno perempta,  
aut etiam mors hominis non sit subsecuta, qui-  
bus casibus pœnam prædictam Veneficii dicta-  
re nimis rigorosum esset, idèo necessarium duxi-  
subjicere quasdam exceptiones, quibus pœna or-  
dinaria Veneficii meritò cessare, aliaque pœna  
extraordinaria adjudicari debet. Et si autem pro-  
ratione qualitatum & circumstantiarum pluri-  
mi casus accidere queant, in quibus Iudex pro  
arbitrio suo pœnam ordinariam mitigare pot-  
est, ut dictum quæstione precedenti, n. 46. Attamen  
hac quæstione solum principiores referre lu-  
bet, in quibus neutiquam ad pœnam ordinariā  
perveniri potest.
- 2** Primo autem, locum non habet pœna Ve-  
neficii ordinaria, quando certò non constat,  
ex veneno propinato mortem fuisse secu-  
tam.
- 3** Cum enim in cognitione cuiuslibet delicti  
opus sit, ut primo constet de delicto, pariter &  
in hoc oportebit constare, quod si qui mor-  
tuus apparuit, veneno sit absumptus, quia alias  
non constaret de delicto Veneficii, de quo ta-  
men constare debet, l. 1. §. illud autem, ff. ad Syl-  
ian. Bartol. in l. fin. col. 1. ff. de question. Tiber. De-  
cian. in tractat. criminal. libro nono. cap. 24. num. 4.  
Nec sufficit de veneno alicui dato propria con-  
fessio Rei, hunc namque ceu idiotam cum la-  
teat interiorum operatio, talis confessio im-  
possibilis est, ac proinde nec ipsi cōfidenti præ-  
judicare debet. Hypoll. de Marfil. ad l. 1. §. 1. nu-  
mer. 37. ff. ad l. Corn. de sciar. Alexand. consi. 215. nu-  
mer. 2. lib. 3. Petr. Theodor. in Colleg. crimin. disput.  
7. lib. 6. lit. B. Egid. Boff. in tit. de delicto n. 4. Foller.  
in pract. verb. item quod sororem venenavit,  
num. 15. & 27. in fin. Prosp. Farin. part. 1. oper. cri-  
min. quæst. 2. n. 35. Anton. Gomez. var. resol. tom. 3. c.  
3. num. 8.
- 4** An autem ex veneno propinato quis sit ab-  
sumptus, ex indiciis & signis exterioribus ho-  
minis venenati collendum; Qualia potissi-  
mum sunt livores in corpore, spuma per os flu-  
entes, & cor inustum, cuius ea natura existima-  
tur, ut veneno tinctum igne confici nequeat.  
Quibus signis convincebatur Cn. Piso, quod  
Germanicum jussu Tiberii veneno necasset, cū  
tamen ipse se excusaret, quod morbo defunctus  
esseret, Sueton. in Caligula. Plin. libr. 10. capit. 37.  
Hinc ortum illum morem, purandum est, apud  
Romanos, ut circum cadavera tubis canerent,  
& amicis convocarentur testandi gratia, cum ne-  
que veneno, neque gladio interfuisse, ut refert ex  
Hygin. in libr. fab. capit. 47. in fin. Decian. dict. cap.  
24. n. 4.
- 4** Vomitum quoque frequentem, tumorem &  
nigredinem unguium esse signa veneni, tradit  
Honded. 2. cons. 88. n. 6. & Decian. dict. c. 24. n. 4.  
Et signa veneni docet Galen. in 5. & 6. de locis af-  
fectis & de bonitate & vicio succor.

Quia verò vomitus provenire possunt ex ma-  
teria cholérica aliavè cauła, Paris de Puteo: de  
Synd. in verbo fortuna. vers mandavit Rex. n. 11.  
Prosper. Farin. part. 1. oper. crim. quæst. 2. n. 34. in fin.  
Et alia quoq; veneni signa apparentia non sem-  
per ex veneno propinato, sed etiam aliunde per  
imprudentiam, aut ex veneno in corpore gene-  
rato, aliisq; variis causis, puta ex humorum ma-  
litia, aeris corruptione, & malo regimine vita  
&c causam suam habent. Farin. dict. quæst. 2. n. 34.  
Idèo ne infantes ad supplicium rapiantur, sum-  
ma judicis discreti circumspectione opus est,  
qui pœnam ordinariam in crimen Veneficii tu-  
tò dictare nequit; Nisi de hisce tribus constet, 1. modo de-  
Venenum reverà fuisse propinatum. 2. Ex eo beatu[m] co[n]sta-  
mortem secutam. 3. Venenum propinatum fu-  
isse malum & noxiū. re de corpore  
delicti  
in Venefi-  
cione ad hoc  
ut pana  
ad indicia, quorum mentionem facit Conſt. su[u]d[ic]t[us] irroga  
Crim. Carol. art. 37. Veluti si Reus arguatur su-  
spectus, & convincatur veneni empti, aut illo u-  
fus fuisse, vel cum venenato simultatem inimi-  
citiamq; habuisse; aut si ex morte eius lucrum  
seu commodum aliquod expectet; vel alioqui  
vili persona sit, à qua eiusmodi expectari pos-  
sent &c. Indicium quoque veneni propinati est,  
si Reus cibum vel potum præstitum secretò tra-  
ctavit, Paul. de Caſtr. consil. 199. n. 2. Aut, si quis  
venenum emiserit, idq; coram magistratu nega-  
ret, disflitereturque, emptio autem probaretur.  
dict. Conſt. Carol. art. 37. in fin. Tiber. Decian c. 24.  
n. 5. 6. 7.

Quoad posteriora vero, venenum propinatum  
nemp̄ malum & noxiū, ex eoq; venenatum  
mortuum fuisse, recurrendum est ad Iudicium  
Medicorum, qui considerata qualitate veneni  
propinati, habitaque inspectione cadaveris, de  
utroque judicem certiore reddere possunt;  
Ipsis enim incumbit, scindere & aperire cada-  
ver, in signa & indicia veneni diligentissime in-  
quirere, aut post sepulturam depositionem te-  
stium super signis veneni bene ponderare atq;  
examinare, & postmodum juratò iudicium &  
sententiam suam aperire, & iudicem super hac  
re informare Foll. in pract. crim. in verb. item quod  
sororem venenavit. n. 14. Prosp. Farin. part. 1. oper.  
crim. q. 2. n. 33. & 34. ubi docet, corpus delicti nō  
censeri probatum in crimen Veneficii ex atte-  
statione Medicorum afferentium simpliciter  
quem mortuum ex veneno, nisi addiderint, ex  
veneno dato & non ingenito, quod non nisi ex  
aliquo extrinsecus apparente indicio colligen-  
dum est, puta, si post assumptionem cibi, imme-  
diatè quis incidisset in maximam mutationem  
status, tunc judicare possunt Medici, venenum  
esse introductum & non per se ortum, quia ve-  
nenum in corpore natum non tam repente o-  
peratur, sicuti venenum datum, & cibus ille non  
potuisset producere ex se tale accidens: quod si  
huiusmodi actus extrinseci non interveniant,  
Medici aliquid firmare non poterunt, Boff. in tit.  
de delict. n. 6. Foller. in verb. item quod sororem ve-  
nenavit. n. 4. 13. & 16.

Etsi autem ligna veneni, uti antea dictum, 8  
admo-

admodum dubia & fallibilia sint, veluti etiam propterea hoc casu Venefico pœnam solummodo gladii fuisse dictatam memini:

*Ad consultationem Questoris Dresdensis, Mens. Sept. Anno 1629.*

Attamen hâc in re iuratis Medicis tanquam in arte suâ peritis omnino credendum est. *Ant. Gomez. tom. 3. var. resolut. c. 3. n. 8. Petr. à Plach. in Epit. delictor. c. 20. n. 10. Prosper. Farin. dict. quæst. 2. 31. Iul. Clar. in pract. §. fin. qu. 4. verf. fin. Boff. dict. tit. de homicid. n. 6. & 9. Petr. Theod. in Colleg. crim. disput. 7. th. 6. lit. b. Foll. dict. verb. item quod sororem venenavit. n. 14.*

**9** Qui si dicant & affirment, venenum propinatum malum & noxiū, atq; ex eo ipso venenatum mortuum fuisse, Iudex tutò pœnam Veneficij ordinatam dictare potest: si vero contrarium asserant, & deponant, venenum propinatum vel non admodum noxiū, vel ad occidendum aptum non esse, neque etiam probabiliter morte ex veneno isto propinato provenisse; Aut etiam si ipsi de hoc dubij sint: Certe, judex hoc casu Veneficij Reum ad solam ipsius confessionem capitaliter condemnare nequit, *Boſſ. dict. tit. de delicto. n. 8. extraordinarie tamen delinquentem punire potest.*

**10** Et huius perquisitionis atq; judicij Medicorum rationem accuratissimam habent in crimine Veneficij Scabini Lipsiensis, neq; panam ordinariam dictitant, nisi ex depositione Medicorum constet, venenum propinatum malum & noxiū, atq; ex mortem venenati securam fuisse. Prindē non raro in sententiis hoc ipsum exprimere solent: Dassr euch nun allbereit erkündigt hettert oder nochmals erkündigen würdet / daß N.N. von solchen Gifft gewiß und in Wahrheit gestorben / *Ego. Velisa:* Dass an N.N. dergleichen Anzeigungen / daß ihm Gifft beybracht worden / und er davon verstorben / zu bestindē und zu spüren gewesen. *Ego. Velisa:* Und es ist solches für rechte Gifft erkundt und gehalten worden *Ego. Nach Erichstädte/An Levin Rieneck/ Mens. Febr. Anno 1591.*

*Nach Zwickau/An Stadtvoigte üb Schöppen/ Mens. Aug. An. 1616.*

*An Georgen von Schleinitz/ Mens. Aug. An. 1602. & aliis quamplurimi sententijs.*

**11** Quandog etiam ut accuratio huius rei inquisitio habeatur, ac Medicorum iudicium exploretur, solent interloqui hoc modo: So wird vor allen dingē/ che man der Straff halber etwas gewiss/ ses erkennet/ von nöthen seyn/ von dem Gefangenen Erfündigung ein zu ziehen/ wo das übrige Pulver/ damiter N.N. vergeben/ hinkommea/ und wann solches erlanget/ wird es einem erfahrenen Medico übergeben/ des selben Natur/ Qualität/ und Eigenschaft zu erforschen/ ob es ein rechter Gifft/ oder wofür es eis gentlich zu achten sei. *Veluti sic pronunciavimus ad requisitionem Questoris Dresdensis, M. Aug. Anno 1629.*

**12** *It: So wil vor allen dingē von nöthen seyn/ daß von dem verhandenen Mäusepulver etwas einem erfahrenen Medico übergeben werde/ sich dessen qualität zu erkundigen/ ob es der Krafft und Wirkung seyn/ daß man damit einen Menschen ums Leben bringen möchte/ inmassen euch ferner obliegen wil/ diejenige Personen/ so den verstorbenen/ che er zur Erden bestattet worden/ gesehen/ vormittels Eides abzuuhören und sich dermaßen zu befragen/ Ob sie an dem verstorbenen vermerkete/ daß ihme Gifft beybracht worden/ ob der Leib davon infgelaufen/ und wie der tote Körper sonst allenhalben gestalt gewesen/ und wann*

bendes die Erfündigung des Mäusepulvers und verschlichenen Corpers mit besondern Fleiß und gezeichnet/ und wieder überwandt wird/ ergehet so dann ihree verwickelten Straff halber fernei was recht ist. *D. R.*

*Q. Ad consultationem Questoris Dresdensis, M. Maio, Anno 1631.*

Secundò: cessat pœna ordinaria Veneficii, quando præbens venenum non habuit animum occidendi sive nocendi, sed vel conciliandi amoris, vel depellendi morbi, prater intentionem autem mors ex veneno propinato sequatur.

Idq; luculēter appetet ex l. 1. §. 1. ibi: qui hominis necandi causā venenum confecerit, dederit &c. ff. ad Leg. Corn. de sciar. Et l. 3. in pr. qui venenum necandi hominis causa fecerit, vel vendiderit, vel habuerit &c. Et §. 1. qui in publicum mala medicamenta vendiderit, vel homini necandi causa habuerit. Et §. 2. verf. sed ex Senatus consulto. ff. cod. tit. Vnde constat, Reum Veneficij pœnatum demum incurrire, si necandi causa venena traxit propinaverit. *Praterea etiam Veneficium æquiparatur homicidio & latrocínio ex proposito commisso, Const. Carol. Crim. art. 130. ibi: Wer jemand durch Gifft oder venenen an Leib oder Leben beschädiget/der sol einem fürgesetzten Mörder gleich &c. Quemadmodum ergo latrocínium præter intentionem non committitur; ita nec Veneficium ab eo, qui necandi nocendivè animum non habet, perpetrari, neque is propriè Veneficus dici potest.*

Ex quibus sequitur, propinan tem Philtrum *Q. 2. Qua* seu poculum amatorium, adamorem alicuius *für pœna* incitandum, ultimo supplicio non esse afficiendum, licet mors inde sequatur. Quamvis enim *propinatio* Philtrum haud pauci contrarium statuant, per l. si quis a *seu pocula* amatoriāt *lind. §. qui abortionis. ff. de pœnis, atq; sic poculum amatorium pari passu ambulare cum poculo abortionis existimat, Prosper. Farin. part. 3. o. per. crim. quæst. 87. n. 48. & part. 5. quæst. 122. nn. 113. Tiber. Decian. in tract. crim. lib. 9. c. 23. n. 8. Ioh. Andr. in c. si aliquis num. 1. in verb. meditatio. ne, extr. de homicid. ubi etiam Host. en. 1. Jacob. Boulen. in repetitione l. capitulum, § famosos. num. 203. ff. de pœnis. Jodoc. Damhoude. in pract. crim. cap. 6. n. 88. 89. Paul. Chirland. in tract. de sorti leg. qu. 12. n. 3.*

Hicce tamen non videtur subscribendum: **16** Tum, quod perquam durum & crudele sit, dolo vacantem ullo in crimine vitâ privari, Alciat. in l. magna. nn. 3. verf. quod ergo verum. ff. de verb. signif. Cagnol. in l. contractus. 9. ff. de reg. iur. Tiraquell. de pœn. temp. cauf. 14. nn. 5. Anton. Gomez. de delict. cap. 3. num. 15. Iul. Clar. in pract. § final. quæst. 84. in pr.

Tum, quod in delictis propositum & intentione delinquentis maximopere spectanda sit. l. 1. §. 3. l. 1. 14. ff. ad Leg. Corn. de sciar.

Tum, ob l. 3. §. 2. verf. sed ex Senatus consulto. ff. cod. tit. ubi relegatione solum punitur, qui non malo animo, sed malo exemplo medicamentum ad conceptionem dedit, ex quo ea que accepérat, deceperit. **18**

Rectius itaque asserunt Jacob. Menoch. dearbitr. judic. quæstion. libr. 2. cent. 4. cas. 358. Petr. à Plach. in epit. delict. libr. 1. cap. 20. n. 6. Nicol. Boer. quæst. 216. nn. 4. in fin. Anton. Gomez. tom. 3. var. resolut.

resolut. cap. 3. n. 33. vers. si vero. sine dolo &c. Egid. Bos. in tit. de homicid. n. 6. in fin. alioq. allegati à Menoch. d. loco. si poculum amatorium sine dolo, causâ amoris liciti datum & mors præter intentionem secuta fuerit, dantem nequaquam pœna mortis, sed extraordinariè, veluti relegatione, vel aliâ pœnâ arbitriâ puniendum esse.

<sup>19</sup> Neque adversatur l. si qui aliquo. §. qui abortionis, ibi: *Qui abortionis aut amatorium poculum dant, & si dolo non faciant, tamen, quia mali exempli res est, humiliores in metallum, honestiores in insulam amissa parte bonorum relegantur: quod si ex eo mulier aut homo perierit, summo supplicio afficiuntur ff. de pœn. Cuius decisi ratio alia non est, quam quod si qui homicidii vel alterius delicti causam dat, teneatur de causato homicidio vel delicto, Covarr. ad Clem. §. de homicid. secuna. part. relect. in pr. n. 2. Harppr. ad §. item lex Corn. n. 17. 18. Inst. de publ. judic. Propper, Favrin. part. 5. oper. crimin. quæst. 126. n. 63. Anton. Gomez. dict. c. 3. n. 17. Non enim textus ille desimplifici Philtro, quod tantum conciliandi amoris gratiâ datur, accipi debet, sed de tali Philtro quod Amasia ad impediendam conceptionem ob libidinem securius explendâ exhibetur, in quo certè propinans itidem animo nocendi & occidendi carere nequit, dum genituram, ne ad perfectionem suam perveniat & tandem in lucem prodeat, ex proposito impedit. Et licet quoad fœtum, nondum animatum quis homicida esse nequeat, tamē matre poculo amatorio necatâ, res hæc per se mali exempli è recidit, ut perinde sit, ac si fœtus animatus fuisset occisus. Aliud verò dicendum est, quando poculum amatorium tantum conciliandi amoris gratiâ fuerit datum, tunc enim, quia dolus deficit, pœna mortis locum habere nequit, juxta l. 3. §. 2. vers. sed ex Senatus consulto ff. ad Leg. Corn. de siccari. & sic distinguunt Bart. in d. l. 3. vers. sed ex Senatus consulto. referente Jacob. Menoch. dict. cas. 358. n. 7. Petr. Theodor. in Colleg. crimin. diff. 7. th. 7. lit. A.*

<sup>20</sup> Neq; is qui causam mortis præbet de homicidio semper tenetur, sed tunc demum, si dolosè causam præbeat, & in illicitis versetur, veluti qui Philtrum dat ad impediendam conceptionem: Extra hunc autem casum, exhibens poculum amatorium, quia in dolo non versatur, neque de homicidio tenetur, neq; morte, sed extra ordinem relegatione puniendus est, argum. l. 3. §. 2. in fin. ff. ad Leg. Cornel de siccari. ita tamen, ut, si præterea ad malum exemplum accedat finalis intentionis ad vetitam libidinem aut ad ulterinum congressum directâ turpitudo, pœna quoque gravior, veluti fustigatio cum perpetuâ relegatione imponi debeat.

Quemadmodum fustigationem cum perpetua relegatione fuisse dictatam alicui fæmine, que magis artibus ad conciliandum alicuius amoris usq; fuerat, refert Daniel. Moller. ad Const. Elekt. Aug. 2. n. 6. part. 4.

Multò minus autem propinás Philtrum capitali pœnâ afficiendus erit, si mors inde non fuerit secuta, quo casu vel relegationem, vel pœnam arbitriam carceris dictandam esse, existimo.

Hinc Scabini dictaverunt perpetuam relegationem ancille cuiquam B. S. ob medicamentum ex crinibus & unguibus confeatum in pane præbitum s. s. quo sumto ut agrotare ceperat Gegen Kirchsheidingen. Andichter und Schöppen. Mense Decembr. Anno 1623.

Et quando fæmina quedam M. R. marito suo 23 venenum propinaverat, & juramento obtinuerat, se non alia intentione, quam ad incitandum erga se conjugalem amorem hoc fecisset; responderunt Scabini, ulteriori pœna eam non plecedam, sed ex carcere, in quo jam per septimanas quinq; detenta fuerat, dimittendam esse. Ad acquisitionem Questoris Schuttevinicensis, Mens. August. Anno 1605.

Tertiò: Cessat quoq; pœna Veneficii ordinaria, Quando quis veneno non hominem, Q. I. Quæ sed bruta animalia necavit. Etsi enim venenans modo puerus, homini etiam noceat, ipsum privatido niðus qui suo iumento & pecore; attamen quia per id nō corpori humano damnum aut mors infertur, nemo per videtur hoc casu sufficere pœna gladii, si ingens mīdamnum datum fuerit, & pecora aliquot ex veneno præbito perierint.

Tum, quia in Ordin. Crimin. Carolin. artic. 130. pœna Rotæ sancta est in Veneficos qui homines veneno necant, So jemand durch Gift oder venen an Leib oder Leben beschädigen / &c. adeoque hæc pœna ad alios, qui solummodo animalia bruta veneno perimunt, non extendi debet; præsertim cum longè gravius peccet occidens hominem, quam perimens veneno animalia bruta,

Tum, quod nullibi graviora autalia quædam 25 pecularis pœna in venenantes animalia bruta reperiatur constituta, adeoque nec ea imponenda, cum erubescamus sine lege loqui. No. 18. a. 5. vers. sed quia non hoc &c. Franc. Viv. decis. 338. n. 4. decis. 467. n. 2.

Quamvis autem Jus Saxon. artic. 13. libr. 2. 26 Landrecht. generaliter loquatur, ac vivos velit concremari eos, qui venena tractant, in verb. Welche mit Vergiftung umgehen / &c. quæ etiam de venenantibus animalia bruta intelligi queunt; Attamen in Constit. Elektor. 18. part. 4. hæc pœna ad eos solummodo restringitur, qui pascua veneno insciunt; quâ restrictione & explicatione opus non fuisset, si indistinctè quivis veneno bruta etiam animalia perimens igne pueriendus esset. Pœnæ tamen gladij Reus hoc casu non eximendus, propter damnum datum hominibus, qui non modò suis pecoribus privatuntur, sed ex eis animalium venenatorum, si non subito moriantur, sed mactentur, perire possunt.

Quemadmodum etiam Scabini pœnam gladij 27 dictaverunt M. T. qui veneno ac pulvere ad occidendum mures preparato, septendecim oves necaverat. Ad consultationem Henrici à Schönberg in Gravenstein Mens. April. An. 1604. Et cum C. H. fæno venenum immiscuerat, unde 28 pecora aliquot, veluti undecim boves & tres vacca perierant, hunc propterea gladio puniendum esse, responderunt Domini. Ad consultationem Senatus in Ehrenfriedensdorff Mens. April. Anno 1624.

Quod

**29** Quod ipsum tamen solùm accipiendum est  
de hisce, qui certa quædam animalia bruta, u-  
num vel alterum veneno occidunt; non etiam  
venenam de iis, qui pascua veneno inficiunt; Hosce enim,  
si quid damni inde securum sit, secundum rigor-  
rem Juris Saxonici vivos concremari, aut, si da-  
mnum per id non illatum fuerit, fustigatione  
vel relegatione pro arbitrio judicis puniri jubet  
expresse Const. Elect. 1. 8. part. 4.

**30** Quæ constitutio licet admodum rigorosa sit,  
ratione tamen non destituitur: Ex eiusmodi  
enim pratorum venenatione non solùm ingens  
damnum per occisionem animalium infertur,  
sed & verendum, ne ex aere infecto atq; esu car-  
nium venenatarum homines innumeri moriā-  
tur, aut certè in morbos gravissimos incident.  
Quapropter in terrorem tam rigorosa pœna  
huic delicto fuit constituta, præterim cum ea  
ab illustrissimo Constituente non noviter re-  
perta, sed ex Iure Saxo. art. 12. lib. 2. Landrecht de-  
sumpta fuerit.

**31** Secundum hanc constitutionem dictaverunt Sca-  
binis pœnam ignis A.H. ob venenationem pascu-  
orum, ex qua millia aliquot pecorum perierunt.  
Ad consultationem Nobilium à Ettichau / M.  
Jun. An. 1626.

**32** Et quando I.H. carnifex & alterius carnificis u-  
xor A.H. prata veneno inficerunt, eo fine, quo  
ex coriis enecatorum pecorum pretium lucraren-  
tur, quod summa sexcentorum florinorum a-  
quavit, delinquentes propterea igne concreman-  
dos esse pronunciatus fuit duabus distinctis sen-  
tentias. Ad requisitionem Nobilium à Ettichau  
Mens. Nov. An. 1626. Et mense Augusto An-  
no 1627.

**33** Quartd: Denique, Ordinaria huius delicti  
pœna imponenda non est, quando Veneficium  
non fuit consummatum, nec subsecutum homi-  
cidium. Vel propterea, quod venenum non erat  
potens & sufficiens ad enecationem; vel quod  
venenatus remediis & medicinis repentinè ad-  
hibitis sanatus; vel etiam quod veneficus vene-  
num propinare impeditus fuerit.

**34** Etsi enim hauci in crimen Veneficii,  
solum conatum ultimo suppicio puniendum  
esse, existiment, maximè eo casu, quo fuit ad a-  
ctum proximum deventum, ita enim in atrocioribus,  
prout est hoc crimen, conatus per actum  
proximum factus, pro actu habetur consumma-  
to, ut tradit Bartol. in l. 1. ff. de parricid. Job. Fab. in  
9. alia inst. de publ. iud. Didac. Covarr. in repet.  
Clem. si furiosus, de homic. in pr. 2. par. n. 11. vers. ve-  
rum hac in quaestione &c.

**35** Quibus suffragari videtur l. 1. in fin. ff. ad Leg.  
Pompei de parricid. quam legem extendit Bartol.  
ibid. ad quemcunque alium venenantem, non  
tantum patrem, & ponit exemplum de quibus-  
dam Monachis, qui volebant Abbatem veneno  
occidere; Et certè, si is qui venenum solummo-  
dò vendit & retinet hominis necandi causa, pu-  
niendus est ut Veneficus, prout disponitur in l.  
1. §. 1. l. 3. in pr. ff. ad Leg. Corn. de sicar. utique mul-  
tò magis pœna Veneficii locum habebit in co-  
natu, quando ad actum proximum fuit deven-  
tum.

Ideaque videntur innuere verba in artic. 130.  
*Ordin. Imper. Crimin.* Wer jemand durch Gifft  
oder venen an Leib oder Leben beschädigt &c. V-  
bi pœna Rotæ constituitur in eos, qui veneno  
nocent alterius corpori aut vitæ. Sufficit ergo  
si venenatus in morbum forsitan incidat, licet  
non procul moriatur, nec homicidium subse-  
quatur.

Nequaquam tamen iis subscribendum est, 37  
sed firmiter statuendum, in Veneficio, licet ad  
actum proximum deventum & venenum pro-  
pinatum fuerit, attamen cæde non secuta, ulti-  
mum supplicium sive pœnam mortis cessare, &c.  
ad summum fustigationem cum perpetua rele-  
gatione delinquenti infligi posse. Nicol. Reusn.  
lib. 2. decif. 21. n. 2. 4. Petr. Theod. in colleg. crim. diff.  
7. lib. 6. lit. b. Ant. Gomez. var. resol. tom. 3. c. 3. n. 7.  
in fin. vers. immo quod magis est &c. Schneidvvin. ad  
§. item lex Cornelii, vers. eadem, n. 4. Inst. de publ.  
iud. Petr. à Plach. in Epit. delict. lib. 1. c. 20. n. 3. in fi-  
vers sed ex precedentibus, Tib. Decian. in tract. crimin.  
lib. 9. c. 23. n. 3. & c. 26. n. 6.

Repetenda enim hic est regula ex Iul. Clar. in 38  
pract. ff. fin. quest. 92. n. 2. Adducta & probata su-  
pra quest. 17. n. 13. Quod nempè in delictis etiam  
atrocissimis conatus, quantumvis ad actum pro-  
ximum devenerit, ordinariâ pœnâ non sit pu-  
niendus, nisi lex vel statutum expresse contra-  
rium disponat; Qum ergo jure communiat  
statutario pro conatu Veneficii pœna mortis  
expresse sancta non reperitur; utique & in hoc  
crimine prædictæ regulæ inhærendum, & co-  
natus solum extraordinariè pro arbitrio judicis  
punieundus erit.

Maximè, cum secundum Const. Elect. 18. par. 39  
4. venenans pascua, si nihil damni inde securum  
fuerit, tantummodo fustigatione seu relegatio-  
ne puniri debeat. Si ergo in venenatione pascu-  
orum ceu crimine graviori, cui pœna ignis est  
præscripta, conatus ultimo suppicio puniend⁹  
non est, multò minus pro Conatu Veneficii  
mortis supplicium irrogari debet.

Neque contrarium probatur ex l. 1. in fin. ad 40  
Leg. Pompei. de parricid. l. 1. §. 1. l. 3. in pr. ff. ad Leg.  
Cornel. de sicar. Præterquam enim quod l. 1. ff. de  
parricid. expresse loquatur de crimen parricidii,  
reliqui verò textus non aliter accipendi sint,  
quam homicidio subsecuto, ex iis nil aliud evin-  
ci potest, quam pœnâ legis Cornelii de sicariis  
teneri eos, qui venenum vendunt, retinent, vel  
tractant; Atqui cum pœnæ ex illa lege Cornelii  
variae sint l. 3. §. p. ff. ad L. Cornel. de sicar. non absurdè  
concluditur, vendentes, tractantes, seu pro-  
pinantes venena, si mors inde non sequatur, ar-  
bitraria & extraordinaria pœna afficiendos esse,  
prout tradit, Anton. Gomez. variar. resol. tom. 3. c.  
3. n. 9. Menoch. de arbit. iudicio. quest. l. 2. cas. 359. n. 1.

Taceo, quod contra jus commune aliud in-  
troducedum sit, & de consuetudine generali co- 41  
natus non puniatur mortis pœna, effectu non  
secuto, Matth. V. Vesemb. in parat. ff. ad Leg. Pompei.  
de parricid. n. 7. & part. 3. cons. 11. 4. n. 33. Nicol.  
Reusn. lib. 2. decif. 21. Schneidvvin. in §. item lex Cor-  
nelii. vers. eadem pœna n. 4. Inst. de publ. iud. Iul.  
Clar. in pract. §. fin. quest. 92. n. 1.

- 42 Pariter non obstat Artic. 130. Ordin. Crim. in verb. An Leib oder Leben. Quia ibidem particula vel ponitur pro particula Et: Ut sensus sit, cum teneri pena Rotæ, qui veneno damnum infert alicuius corpori & viæ, der einen an Leib und Leben beschädiget; adeoque pena Rotæ tunc demum obtinet, si mors secuta sit. In Iure enim saepissimè particula vel est conjunctiva; & ponitur pro Et, Etiam &c. Vt in l. sapè ff. de verb. signif. l. cum quidam ff. eodem titul. quod si lepesis ff. de eo quod certo loco. Zaf. in l. si famili. in fin. ff. de iurisdict. Bartol. in l. supra iter §. officium ff. de aqua pluv. arcen. & in l. generali. C. de Sacros. Eccl.
- 43 Et secundum prædictam opinionem Scabinos Lipsenses ante plurimos annos respondisse reperi: Ob nun wol in des h. Römischen Reichs peinlicher Halsgerichts Ordnung versehen, wer jemand durch Gifft oder venen an Leib oder Leben beschädigt / daß derselbe am Leben mit Unterscheid / wie daselbst gemeldet / gestrafft werden soll / dieweil aber dennoch der effet / darum sie ihm solchen Gifft verbracht / als nemlichen der Tod ihres Ehemannes / nicht erfolget / und aber durch ein allgemeine Gewonheit eins

geföhret worden / daß der böse Fürsag / ja auch der ans Gemäste Fleiß eine Misshandlung zugehehen / so doch ins Werk nicht gerichtet / einer vollbrachten Bdel / that gleich nicht zustraffen / so mag auch obgemalte Weibesperson von wegen der unterstandenen und da nicht vollbrachten Entleibung ihres Ehemannes am Leben nicht gestrafft werden: Sie wird aber gleichwohl dieser und ander ihrer Verbrechung weg / billich zur Strafe geschlagen / und darüber auch mit ewiger Verweijung in Straffe genommen / V. N.

Quemadmodum etiam hodie pro conatu in criminis Veneficii, dicet ad alatum proximum fuerit deventum, fustigatio cum perpetua relegatione dictari solet: Veluti pronuntiatum Nach Queky an Perleyischen Vorwaltor Mens. April. Anno 1596.

An die Verwaltore des Mathes Rittergüttere zu Eltzig/M. Augusto, Anno 1598.

Ad consultationem Prefecti Chemnicensis, M. Decemb. An. 1603.

Ad requisitionem Prefecti in Wolkenstein/M. Jul. An. 1602.

Quæstoris in Salza/M. Sept. an. 1626.

## QVÆSTIO XXII.

### De Latrocinio, eiusque pena.

#### S V M M A R I A.

1. Quidnam sit Latrocinium, & quomodo definatur, n. 18.
2. Latrocinii vocabulum quandoj generaliter ponitur.
3. Quomodo in specie accipiatur, & à depradatione differat, n. 4. 5. 6.
7. Latrocinium multo gravius delictum est homicidio.
8. Quanam pena Latrocinii in foro Saxonico, numer. 9.
10. Responsa Scabinorum Lipsensium.
11. Ratio exasperationis supplicii in latrocinio, n. 13.
12. Intervenit pecunia aggravat delictum, n. 40.
14. Reuicitur sententia Ni. ol. Reusneri lib. 1. decis. n. 20. n. 15. 16. 17.
19. Latrocinium non solum in via publica, sed & in domo committitur, n. 20.
21. Explicatio Conf. Elec. 5. p. 4.
22. Domus cuique sua intissimum est receptaculum.
23. Sententia Scabinorum Lipsensium, n. 25.
24. Vespillones agrotos necantes & spoliante Latrocinium committunt.
26. Latrocinium committit, qui secum cohabitatem, dormientem, vel coambulantem occidit & spoliat, n. 28.
27. Nulla efficacior pestis est ad nocendum quam sa- mulari inimicu.
29. Responsa Scabinorum Lipsensium.
30. Auxilium prestans in Latrocinio vel stans in excubis illudque approbans, quā penā te- neatur, n. 34.
31. Prestans auxilium ex proposito tenetur pena ipsius delicti.
32. Latrocinii penā plectendus est, qui latronem apprehendere potuit & tamen noluit.
33. In homicidio ex proposito, omnibus tenentur penā ordinaria.
35. Identitas rationis idem jus facit.
36. Sententia Scabinorum Lipsensium, n. 37.
38. Latrocinium quomodo differat ab homicidio.
39. Num penam latrocinii incurrit, qui rem minima ex latrocinio laetratur.
41. Responsa Scabinorum Lipsensium, n. 42. 43. 44. 45. 46.
47. Quid si latro nihil laetetur.
48. Sententia Scabinorum Lipsensium, numer. 49. 50.
51. Ob quodvis lucrum homicidium perpetratum est latrocinium, n. 52. 53. 57.
53. Latrocinii penam incurrit, qui aliquem occidit eo fine, quo cum ipsis vidua contrahat matrimonium.
54. Responsa Scabinorum Lipsensium, n. 56. 58.
59. Horrendum refertur latrocinium, n. 60. 61.
62. Sententia Scabinorum Lipsensium.
63. An & quando penateneatur latrocinii, qui in furto ab aliquo deprehensu emo occidit, numer. 67.
64. Responsa Scabinorum Lipsensium, numer. 65. 66. 68.
69. Quomodo Conatus in Latrocinio puniri debeat? n. 71. 72. 77. 78. 81.
70. Cogitationis penam nemo patitur.

73. Ex\*